

**3457** Herculi Saxon[o] | Lubiamus Endruri | Quintalli | v. s. l. [a.]  
*Tridenti (V 5013 vidit Mommsen).*

**3458** Herculi Aug. | sac. Val. Vale[ri]anus mil., | cum insist[erem] ad  
 cap[it]ella colu[m]narum<sup>1</sup> ad ter[mas] Licinan[s]<sup>2</sup> (*sic*) q. a. se \*iune S[ir]mi,  
 v. l. s.

*In insula Brazza Dalmatiae rep. ad lapicidinas vetustas, nunc Salonis (III S. 40407 vidit Hirschfeld). — 1) Thermae Licinianae, fortasse appellatae a Licinio imperatore. — 2) Hirschfeld (arch. ep. Mitth. aus Oestr. 9, 1885 p. 24) confert Passionem Sanctorum quattuor Coronatorum (ap. Buedinger Unters. zur roem. Kaisergesch. 3, 1870 p. 325), ubi Diocletianus narratur praecepisse ut 'ex metallo porphyretico capitella columnarum inciderentur'.*

**3459** Herculi | lapidari | Alman[t]i|censes<sup>1</sup> | p.

*S. Ponzio prope Nizzam rep. (V 7869 semel descripta saec. XVII). — 1) Cf. XII 752.*

**3460** Herculi | barbato | sacrum | M. Hellius | Secundus | tubicen |  
 leg. X G. p. | f. | v. s. l. m.

*Brohl rep. a. 1840 (Brambach 653 ex Lersch Centralmuseum rheinl. Inschr.).*

**3461** Herculi et | Alcmeneae | C. Materni|us Primus | v. p. l. m.

*Goyer sive Jeuck, qui vicus est a Leodio (Lüttich s. Liège) inter septentriones et occidentem versus (Orell. 1556 cf. Brambach mus. Rhen. 20, 1865 p. 627, Schuermans bull. des commissions d'art et d'archéol. de Belgique 7, 1868 p. 68: semel videtur descripta esse saec. XVII).*

**3462** Camurii Taci[t]inus<sup>1</sup> | et Hermes lib., Vivir Aug., | sign.<sup>2</sup> abacum cum signis II | Hercule et Amphale<sup>3</sup> colleg.<sup>4</sup> | dendrofor. d. d.

*Veronae (V 5312 semel descripta saec. XV). — 1) C. amurii et deinde tacinus traditur. — 2) Signum (cuius dei, non traditur). — 3) amphale traditur, quod non mutandum. In tabula marmorea, quae olim Romae fuit, nunc est Neapoli (edidit eam Piranesi raccolta di vasi antichi tab. 87), in qua sculpti sunt duodecim labores Hercules et in medio ipse Hercules cum Omphale, infraque arcus et pharetra, quasillum et colus, inter quae interpositus est titulus hic Cassia | Mani filia | Priscilla fecit, in ea tabula ad imagines Herculis et Omphales adscripta sunt vocabula Hercules, Omphale (VI 5473\* inter falsas, non recte ut mihi videtur; cf. Stephani der ausruhende Herakles p. 205). Videtur pertinuisse tabula ad sepulcrum (iudice Stephano Omphale habet vultus mulieris mortalis). — 4) Collegio.*

**3463** Herculi | iussu Silvani | dei, | Cn. Sentius Carpus | fec.

*Romae, nunc Florentiae (VI 288 vidit Henzen).*

**3464** Herculi Libero Silvano | diis sanctis Ti. Iulius Alexander d. d.

*Romae, deinde Oxonii (VI 294).*

**3465** Herculi s. s.<sup>1</sup>, | Silvano s. s.<sup>1</sup>, | M. Ulpius | Apollonius | Aug. l. preco | familiae castresis | posuit.

*Romae rep. trans Tiberim (VI 50911 vidit Gatti). — 1) Sancto sacrum.*